



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu


Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Infirmi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

cultas consequendi non solum Indulgentias hoc verbo contentas, sed & quascumque alias quomodocumque concessas, seu in posterum concedendas.



INDULTA.

Interdicitur usus Indultorum Pontificiorum:



Non licet Nostris uti Indultis Pontificum, aut ea postulare, aut obtenta retinere, absque facultate Superiorum Societatis; juxta ea, quæ habentur verbo *Absolutio*, §. 11. & verbo *Privilegia*, §. 3. Similiter de Confessionali impetrato, vide supra verbo *Confessionale*.



INFIRMI.

§. I.

Communitio Officii Divini pro infirmis.



Ræpositus Generalis, & alii, quibus ipse suam auctoritatem ad id communicaverit, commutare possunt Divinum Officium Nostorum, quos infirmitate excusan-

cusandos judicaverint, in aliud opus pium, seu leviozem orationem, durante tamen infirmitate. Julius III. pag. 22.

§. 2.

Satisfaciunt recitando aliquos psalmos.

Per privilegium Fratrum S. Hieronymi, Nostri infirmi, senes, ac valetudinarii, qui tenentur ad Horas Canonicas, satisfaciunt recitando aliquot Pater seu Psalmos, vel id, quod eorum Confessoribus visum fuerit. Concessit Martinus V. vivæ voc. orac. non authenticato: ut in Comp. Min. V. Infirmi Fratres. §. 11. Simile quid concessum est à Clem. VII. Clericis Regularibus per Bullam, datam 7. Martii. 1533. Incipit: *Dudum pro parte vestra: est. 38.* hujus Pontif. in Bull. comm. Et vi hujus possunt Nostri Superiores commutare subditis infirmis totum Officium Divinum in certum Psalmorum numerum, non minus septem, aut sex cum divisione, ac Orationem Dominicam septies, Symbolum Apostolorum bis. Cum graviter autem ægrotantibus in Orationem Dominicam semel, & Salutationem Angelicam septies in die.

§. 3.

Satisfaciunt audiendo ab alio.

Per privilegium concessum ab Evgenio IV. Fratribus S. Hieronymi, Nostri infirmi, seu debiles, satisfaciunt Horis Canonicis, ad quas

ad
vel
ora
V.

mn
ori
vide

✿

I

✿

II

Inte

✿
poen

poen

ad quas tenentur, audiendo eas ab alio, vel ab aliis recitari. Habetur vivæ voc. orac. non authenticato: ut in Comp. Min. V. *Infirmi fratres* n. 12.

Vide V. *Missa*. §. 7.

Facultatibus hujus Verbi uti possunt omnes Superiores; Et etiã Confessarii, si Superiori videbitur.

Vide verbo *Indulgentia*. §. 2. & 6. & vide etiam verbo *Professi*. §. 1.



INQUISITORES.

Vide verbo *Exemptio*. §. 3.



INSTITUTUM.

§. 1.

Interdicitur disputatio, vel impugnatio Nostri Instituti, &c.



Omnibus cujuscumque statûs, gradûs, & præeminentia existant, præcipitur in virtute sanctæ Obedientia, ac sub poenis excommunicationis latae sententia, quas

um,
n in-

mos.
ymi,
qui
ciunt
el id,
erit.
non
n fir-
ssum
per
ipit:
ujus
ssunt
s in-
rtum
tem,
Do-
rum
tibus
Salu-

genio
irmi,
icis,
quas